


dare in proclivi esset, nec locus ferè ullus ampliùs hariolandi artificii.

XVII. Etiam si verò hac ratione non solùm effectum exoptatum, etiam cum aliquo fœnore & auctario, obtinuissimus; haut obscure tamen circumstantiæ plures, quarum renovare memoriam poteramus, arguebant, alio modo & breviori viâ idem negotium confecisse illam circumforanei machinulam, quam investigare non destitimus, varia fabricatione rem tentantes, donec tandem anno 1681. cùm experimentale Collegium tertiâ vice aperuissimus, ex Amici cuiusdam indicio, qui simile quid antehac alibi viderat, optatam metam penitus attingeremus, illam nostram fabricam huic etiam alteri modo, paucis mutatis, adaptantes. Scilicet, amoto vasculi capitello (erat enim, quod suprà notare negleximus, vas ipsum in duas partes primitus distinctum, quarum superior A B [Vid. Fig. 25. Num. 1.] operculi vicem gerebat, cujus summitati valvula sæpè memorata adferruminari sic



Q 3

commo-